Doctor arendat Gnoienski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus excellens Jacobus Ostern Doctor et civis Premisliensis a iure foro suis propriis quibusvis recedens suique vero praesenti castrensi Premisliensi iurisditioni se submittens bonaque quoad infrascripta tantum attinet [illegible] et subjiciens mente et corpore sanus existens palam per expressumque recognovit. Quia bona [illegible] villas Kamiona, Sobossow et medietatem villae Pobolowice cum [illegible] sibi per Generosum Christophorum Gnoienski in summa tercentum millium et septingentorum florenorum [illegible] actis praesentibus inscripta et obligata, cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus et singulis fructibus, proventibus, utilitatibusque omnibus nil excipiendo ita prout eadem bona solus tenuit habuit et possidebat eidem Generoso Christophoro Gnoienski et eius successoribus suis ad festum Nativitatis Christi proxime venturum pro summa certa pecuniae iam ab ipso Christophoro plenarie percepta et qua praesentibus eidem quietat arendavit et ad acta inscripsit. Et iam sibi exnunc in bona praefata dedit et admisit realem intromissionem et actualem possessionem per nuntium terrestrem quemcunque. Et hic idem praefatus Christophorus Gnoienski coram officio et actis praesentibus personaliter stans a iure terrestri tribunalibusque suis quibusvis propriis recedens recognovit. Quia bona praefata sibi ad praemissa arendata [illegible] alio iure [illegible] vigore [illegible] arendae tenebit habebit et possidebit ad decursum supradicti temporis. Post expirationem vero arendae praefata bona eidem libere dimittet, in quo praefatus Doctor inquietabit et nullam per hoc violentiam faciet. Cum inquietatione praefatus Christophorus Gnoienski cum suis successoribus [illegible] in [illegible] sub vadio in originali inscriptionis contento.

Kopistenska donat alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus famata Orinka de Premislia relicta consors olim Nobilis Stecko Kopistenski Brzyszka a iure foro suis propriis quibusvis recedens suique vero praesenti castrensi Premisliensi iurisditioni se submittens bonaque [illegible] et subjiciens quoad infrascripta tantum mente et corpore sana existens palam per expressumque recognovit. Quia de omni iure suo et inscriptione terrae Premisliensis donatoria medietatis bonorum sortis in villa Kopistno eidem per praefatum olim Steczko Kopistenski maritum dono perpetuo resignat cum omni iure dominio et proprietate ac cum omnibus

et singulis fructibus proventibus redditibus, attinentiis, utilitatibusque omnimodis intromissione tuitione evictione possessione iurisque continuatione cum omnibus condictionibus in eadem inscriptione donatoria descriptis Nobili Pietko Kopistenski Kuzmicz eiusque legittimis successoribus iam exnunc cedit et condescendit omneque ius suum quodcunque eidem in bonis praefatis vigore inscriptionis praefatae inserviebat transfundit et in eorum [illegible] iure ac ei et illius successoribus dat donat inscribit modisque perpetuis et irrevocabilis donationis cum titulo hereditario resignat praeterea [illegible] nil ibidem sibi et suis successoribus reservando et excipiendo. Jamque sibi exnunc in hoc eidem ius suum bonaque praefata dedit et admisit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per nuntium terrestrem quemcunque sibi elegerit iam exnunc per officium praesens ad id [illegible]. Nihilominus praefata Orinka se et successores suos obligat inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrae Premisliensis ad decursum primum anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub damnis terrestribus seu viventis corporali taxatis. Pro quibus quidem damnis terrestribus praefata recognoscens cum suis successoribus citata extunc a iurisditione sua quavis remota coram castrensi capitaneali Premisliensi officio seu [illegible] advocatis et [illegible] in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefatis damnis terrestribus omnibus exceptionibus, contradictionibus, praescriptionibus, suspensionibus, modis, nullis, appellationibus cavendique protegendis [illegible] vel simplici sermonibus, actione pro maiori ad quietam [illegible] [illegible] legalibus quibusvis impedimentis poena [illegible] marcarum et [illegible] poena ac aliis omnibus [illegible] [illegible] remotis in partem [illegible] satisfacere cum suis successoribus [illegible] quando opus fuerit tenebitur nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Kopistenskij tti eidem

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Pietko Kopistenski Kuzmicz mente et corpore ac sanus existens palam recognovit. Quia famatae Orinka de Premislia olim Nobilis Steczko Kopistenski relictae eiusque successoribus quingenta florenorum pecuniae tenetur et est debitus videlicet [illegible] florenos pro die et festo Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum [illegible] quatuor vero florenos pro festo Assumptionis gloriosae Virginis proxime venturis solvere eaque coram acta praesentia recognovere sub vadio similis summae [illegible] [illegible] ad solvendum [illegible] cumbendum. Pro quo quidem vadio seu vadiis summaque [illegible] [illegible] praefatus recognoscens cum successoribus citatus extunc a iurisditione sua quavis remota coram castrensi capitaneali Premisliensi officio in primo termino tanquam peremptorio [illegible] quando opus fuerit satisfacere cum suis successoribus tenebitur nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.